

Fo. CCXIX.

parent. et multa per arbitrio fingunt vel per
ter arbitrio demonstrant. Ipsa namque anima
quod motu proprio semper in motu est: quod per corpora
non sinit: vel non plene sinit corporalia
sentire: vel ad corporalia vim sine intentionis
dirigere. corpe sopito. spiritu corporaliu similitu
dines aut ipsa agit sicut et imagines cor
poru cogitando ex seipsa versare assolet.
aut obiectas intuetur: cum in eas viden
das aliquo spiritu assumitur

De multiplici visu anime.

Capitulum. XXIII.

Anima est suba spiritualis: simplex:
indissolubilis: incorporea: passibili
lis atque mutabilis: carere pondere
figura et colore. Non est credenda pars sed crea
tura dei. nec etiam de suba dei vel de quolibet
elementorum materia: sed ex nihilo est creata.
Si enim ex semetipso ea deo fecisset. nequaquam
viciosa aut mutabilis aut misera esset. Si
autem ex elementis facta fuisset. esset corporea:
cum sit incorporea: ignota huius origine. iniri
um habet sine non habet. Et cum sit spiritualis
nature nihil habet mixtum creaturam terre
num: nihil humidum vel aereum vel igneum. Nul
lum habet colorem: nullo loco continetur. nullis
membris describitur. nullo spacio sinit. sed
ita est cogitanda et intelligenda: sicut sapien
tia: iusticia: et cetera spiritus ab omnipoten
te create. Natura anime invisibilis est: ideo in
visibiliter in corpore manet: et de corpore invisibi
liter egreditur. Per corpus corpora videt: si
cut celum et terram: et que in eis conspicua sunt oculis
nostri. Spiritu corporum similitudines in
tuetur. Quicquid enim corpus non est et tamen ali
quid est. recte iam spiritus dicitur. Idcirco quadam
vi occulta et spirituali rapit anima. ut vice cor
porum expressas corporaliu rerum similitudines in
spiritu videat. Sed intellectu ea que nec corpora
nec corporum formas habent percipit. sicut est
iusticia et sapientia: et velut ipsa mens omnis
anime affectio bona. Ista tria genera visio
num manifesta sunt. Primum corporale. quo per
corporis sensus corporalia sentiunt. Secundum
spirituale: quo corporum similitudines spiritu non
mente cernunt. Tertium intellectuale. quo
ille res que nec corpora nec corporum formas
habent percipiunt. Intellectuali visio non
fallitur anima. aut enim intelligit et verum est.

aut si verum non est: non intelligit. In visione
autem corporali sepe fallit anima: cum in ipsis corpi
bus fieri putat quod sit in corporis sen
sibus. sicut navigantibus videtur terra mo
ueri: que stat: et inuentibus celum sidera sta
re que movent. et diuinitatis radijs occu
lorum res vna duas formas habere videtur.
et vnum homo duo capita. et in aqua remus
infractus. et multa huiusmodi. In visio
nem etiam spirituali anima fallit et illuditur: quoniam
ea que videt aliqua vera: aliqua falsa: aliqua per
turbata: aliqua tranquilla sunt. Ipsa au
tem vera aliqua futuris omnino silia vel aper
te dicta. aliqua obscuris significacionibus
vel que figuratis locutionibus pronuntiata. In
extasi vero que ab omnibus corporis sensibus
alienatur et auerit anima: amplius que in som
no solet. sed minus que in morte non fallitur.
Sed ipsa mente diuinitatis adiuta. vel ali
quo ipsa visa exponere. sicut in apocalypsi
iohanni proponebatur: magna reuelatio est.
Tamen enim bono spiritu assumit anima falli
non potest. quod sancti angeli miris modis vi
sa sua facili quadam ac prepotenti vnitone
vel comitione nostra esse faciunt: et visio
nem suam quodam ineffabili modo in spiritu nos
stro informant. Ipsi siquidem his corporali
bus indicandis et ministrandis sunt: et eo
rum significatiuas similitudines in spiritu
ita discernunt: et tanta potentia quodam mo
do tractant: ut eas etiam possint hominum
spiritibus reuelando miscere. Inde est quod an
gelus domini apparuit in somnis ioseph di
cens. Noli timere accipe maria coniugem
tuam. Et iterum. Tolle puerum et matrem eius: et
fuge in egiptum. Deus etiam per prophetas di
xit. Effundam de spiritu meo super omnem carnem.
et iuvenes visiones videbunt: et senes som
nia somnabunt. Sunt et alia visa visata et
humana: que vel ex ipso spiritu nostro multiplici
ter existunt: vel ex corpore spiritui quodammodo sug
gerunt. sicut fuerim affectiva carne vel ani
mo. Non enim solus vigilantibus homines curas
suas cogitando versant in similitudinibus corpo
rum: verum etiam dormientes hoc sepe somniant
quo indigent. Nam et negocia sua gerunt ex
animi cupiditate. et epulis et poculis inhi
bant: si forte esurientes sitientesque
dormierint. Vigilantibus etiam occulto quodam